



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.5. Leo III. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

genus ducens a Penda, qui primus Reli- Sæcul. VIII.
gionem Christianam suscepit, Regnum A. C. 796.
auspicatus est anno 756. cum vero Ethel-
bertum Regem Angliæ Orientalis ulti-
mum vita privasset, Regno ipsius anno
794. potitus, peregrinatione Romana sub
finem Pontificatus Hadriani Papæ susce-
pta Privilegium obtinuit pro Monaste-
rio, quod in Honorem S. Albani, cuius
Reliquias invenerat, fundare volebat.

§. V.

Leo III. Papa.

Eodem die, quo sepulchro illatus est Hadrianus Papa, ejus Successor Leo III. electus. Is Romæ natus, & a pueritia in Palatio Patriarchali Lateranensi educa-
tus, Psalterium, Sacram Scripturam &
universam Disciplinam Ecclesiasticam di-
dicit. Primum Subdiaconus & deinde Presbyter Tituli S. Susannæ ordinatus est, vir castissimis moribus, facundia &
animi constantia insignis. Ubi Mona-
chum vel virum pium, singulari aliqua
virtute clarum nactus erat, cum eo ora-
re & de divinis rebus colloqui cessare
vix poterat. Eleemosynas hilari animo
largiebatur, atque ad similia opera cha-
ritatis alios excitabat. Ægrotos invise-
bat, & Doctrina ex Sacris Scripturis pe-
titia solabatur. His moribus omnium

Hist. Eccles. Tom. X. Pp homi-

Anast.

Sæcul. VIII. hominum & præfertim Vestiariorum Papali
A. C. 796. Præpositi amorem sibi conciliavit; unde
 factum, ut unanimi omnium consensu, in Festo S. Stephani, vigesima sexta
 Dec. anno 795. ab omnibus Episcopis,
 Optimatibus, Clericis Populoque Romano Romanus Pontifex eligeretur, & altera
 die in Festo S. Joannis Evangelistæ,
 quod illo anno in Dominicam incidebat.
 lætantibus omnium ordinum hominibus
 consecraretur. Sacram Sedem annis
 viginti quinque, mensibus quinque &
 diebus septendecim tenuit. Quamvis
 vero alias lenissimi esset ingenii, nihil
 minus ubi de conservandis Ecclesiæ juris
 agebatur, nemo majore constantia
 vigebat. Omnibus dans, quæ sua erant,
 præterea etiam non debita liberaliter
 impertiebatur. Distributiones Cleri-
 cali. an. 796. corum auxit, & tot donis Romanæ C. G.
 to. 2. Duch. vitatis Ecclesias locupletavit, ut ea spe-
 ciatim recensere longissimum foret.

Quamprimum Leo sedere cœpit, nihil antiquius habuit, quam ad Carolum Regem Legationem decernere cum muneribus. Fuere claves ex Confessione S. Petri, Vexillum Urbis Romæ, & alia dona. Rogabat Leo, ut Carolus aliquem ex suis Optimatibus mitteret, a Romanis recepturus fidelitatis juramentum, quo in sua obedientia firmaretur.

Egin. An-
nal. an. 796. corum auxit, & tot donis Romanæ C. G.
to. 2. Duch. vitatis Ecclesias locupletavit, ut ea spe-
 ciatim recensere longissimum foret.
p. 248.

tur. (*) Misit Rex Angilbertum Abba-Sæcul. VIII.
tem S. Richarrii cum magna parte the- A.C. 796.

Pp 2 sauri, Legatio ad
Carolum.

(*) Sunt, qui ad hunc locum disputant, an Papa hac Legatione & his verbis supremam in Carolo Principis Sæcularis potestatem voluerit agnoscere. Cardinalis Baronius hic addit sequentem Reflexionem : *Hic tu rideas opus est, Lector, Novatorum deliria, dum quamlibet occasionem captantes, per claves ex legum præscripto tradunt, Carolum in possessionem immisum Romanæ Ecclesiæ, & per Vexillum Romanæ Urbis, ignorantes miseri ejusmodi dona mitti consueuisse a Pontificibus Christianis Principibus. E&e.* Et post pauca : *Et ne de Vexillo missa habeas, quod objicias, invenies inferius anno octingentesimo in fine a Patriarcha Ierosolymitano ad eundem Carolum Magnum missas pariter loco benedictionis claves locorum Sanctorum unacum Vexillo . . . honorasse vero Leonem Pontificem ipsum Carolum Magnum dono Vexilli, eo quod potentissimus esset Ecclesiæ Romanæ Defensor dicere quoque possumus.* Verosimile est, de Quæstione supremæ in civilibus Potestatis & Jurisdictionis, in sensu stricto, tunc nec Summum Pontificem nec Carolum Regem cogitasse ;

Sed quando & quo pacto Romani Pontifices Summo Sacerdotio etiam Regalem potestatem in illas Provincias, quæ hodie Status Ecclesiæ dicuntur, coniunxerint, peritis Historia-

rum

Sæcul. VIII. sauri, quem Henricus Dux Foro julienis
 A. C. 796. eodem anno expilata Ringa Hunnorum
 Metropoli ex Pannonia attulerat. An-
 gilbertus Epistolam deferebat, ad Litte-
 ras Papæ responsum, cuius initium est
 to.7. Conc.p. hujsmodi: *Perlecta Epistola tua & E-
 lectionis tuæ Decreto, magno gaudio pa-*
Alcuin.ep.84cepimus, eam omnium votis fuisse expe-
 titam. Pergratum quoque nobis accidit,
 cognoscere, quod nobis obedientia & Fi-
 delitas, ut par est, servetur. Et infra:
Mittimus ad te Angilbertum, Ministro-
rum nostrorum fidissimum, quem ad Ante-
cessorem tuum missuri eramus; sed cum
jam omnia dona parata essent, allatum
est nuncium, obiisse beatum Patrem No-
strum, & ideo dilata profectio. Huc
in mandatis dedimus, ut tecum de iis om-
nibus liberet, quæ ad Gloriam Eccle-
siae, atque ad Papalem tuam & nostram
Patr.

rum lectoribus non ex uno facto, verum ex
 tota per aliquot Sæcula rerum gestarum serie
 æstimandum & judicandum est. Ceterum cum
 Episcopi Electores & S. R. I. Principes in Ge-
 mania, etiam si eorum Jurisdictio in Politicis Re-
 giae Potestati æquiparari possit, juramento in
 men Fidelitatis & alicujus subjectionis Romano
 Imperio & Imperatori adstringantur, solus ho-
 die in orbe terrarum Episcopus Romanus Pop-
 vinciis amplissimis potestate, nemini nisi soli
 Deo subdita, imperat.

Patritiam Dignitatem confirmandam fa- Sæcul. VIII.
ciunt. A. C. 796.

Præterea mandata habebat Angilbertus, quibus Papam Officii sui admone-re jubebatur; mores castissimos exhibe-ret, Canones observari curaret, & Ec-clesiam sancte regeret. *In illis*, dicit Rex, *ob oculos ei pone, Dignitatis Papa-lis honorem paucorum annorum esse, at mercedem fore aeternam, si bene præfue-rit. Vehementer instabis, ut vitium Si-moniae extinguat, & omnia suggere, quæ, ut bene meministi, emendanda esse, saepē diximus.* Cum duæ hæ Epistolæ inter Opera Alcuini occurrant, conjectura est, eas nomine Regis ab ipso concinnatas fuisse. Sed & aliam nomine suo ad Leo-nem Papam addidit.

Credibile est, ex tot donis Regis Ca-roli, & ex prædis in Regione Hunnorum actis habuisse Pontificem, unde sub ini-tium Pontificatus sui tantam vim vasorum aureorum & vestium Ecclesiis Ro-manæ Civitatis dare potuerit. Inter res alias laudantur colum ex argento deauratum, quo purgabatur vinum con-secrandum. Visitur in Palatio Latera-nensi aula amplissima, quam marmore vestivit, columnis & imaginibus musivi *Leo III. Papa* operis ornavit. Superest hodieque ef-figies, in qua repræsentatur S. Petrus sedens, & tres claves habens super ge-

ap. Alcuin.

p. 82.

*ep. 72.**Anaf.*

p. 1078.

Pp 3 nua.

Sæcul. VIII. nua. Ad utrumque latus, nempe Leo
 A. C. 796. Papa a dextro, & Carolus Rex a sinistro
Alam pariet. genua flectunt. Una manu S. Petrus
Later. Pallium dat Papæ, & altera Regi Vexil-
 lum, in quo rosæ sex conspiciuntur. In
 parte inferiore leguntur verba: *Sancte
 Petre, da Leoni Papæ vitam, & Caro
 Regi Victoriam.*

§. VI.

Ecclesiæ in Anglia.

to.7. Conc. p. Quenulfus Rex Merciorum Offæ Suc-
 cessor comperta Hadriani Papæ
 morte, datis ad Leonem litteris, rogavit,
 ut loco Filii adoptivi se haberet, promis-
 tens perfectam obedientiam. Tum sub-
 dit: *Non te latet, quod Rex Offa primo
 molitus fuerit, Diœcesim Cantuariensem
 in duas partes dividere propter odium,*
quod inter ipsum, & Archiepiscopum
*Jambertum, atque illius Civitatis popu-
 lum intercedebat, quodque ejusdem Regis
 precibus dederit Hadrianus Papa, ut, quod
 ante illud tempus nunquam factum, Pal-
 lium concederet Merciorum Episcopo. E-
 rat is Episcopus Lichefeldensis, qui tunc
 ad Archiepiscopi Dignitatem electus*

to.7. Conc. p. fuit. *Nos tamen neutrum vituperamus,*
 1148. *credentes, quod jam cum JEsu Christo
 regnent, sed rogamus te, ut nobis scribas,*
*quid factu opus sit, ne inter nos scisma
 oriatur. Id quoque rogavit, ut quere-*
las